

DE VENENORUM SIGNIS,
& præcautionibus.

CAP. XXXI.

Nam ad rem ipsam
me convertam.
Sed imprimis e-
rit utilissimum de
venenorum om-
nium signis &
præcautione a-
gere. Eorum igitur signa universa-
lia maximè ex secundis qualitatibus
deprehendenda; hæ enim maximè
ad mixti temperaturam sequuntur,
ut refert Galenus libro 5. simplicium
medicamentorum. Modò cum ip-
forum medicamentorum tempera-
tura earum sit rerum, quæ sint incon-
suetæ, & à communi hominum usu
abhorrent, non mirum videtur, si
consequenter eorum sapes sunt
indelectabiles. Illæ enim res non val-
de

de delectant, quæ in crassi sunt nobis
dissimiles; venenum autem cum no-
bis maximè aduersetur, ac nostram
naturam corrumpat, non mirum vi-
detur, si saporem valde extraneum,
ac indelectabilem habeat. Odor e-
tiam ejus valde extraneus existit, co-
lor inde etiam ipsius valde est diver-
sus à coloribus ciborum, qui in com-
muni hominum usu sunt; vide quam
pessimi & pravi ipsi colores insint,
quando vasa in quibus venena man-
ferunt, ex colore non secus quàm va-
sa fracta sono, a homines voce, di-
gnoscentur; vasa enim, aut colore ni-
gro, aut livido afficiuntur, maximè si
metallica fuerint venena, si in aqua
condita sunt ipsam reddunt spumo-
sam, ac tumidam, & gustum prorsus
indelectabilem, si in vino tenui fue-
rint condita idem agunt, ac ipsum
miro modo infecerint, & corru-
perint; in crassiori autem vino non
aliter venena latent, quàm (ut in ada-
gio est) anguis in herba, præcipuè si
dulce

dulce vinum fuerit, aut saccharo, aut melle admixtum; miro enim modo venena teguntur. Dicit enim Dioscorides libro 6. cap. 4. quod dantes clanculum venena, sua amaritudine permixtis dulcibus spoliant, grave odoris virus mixtura odoramentorum eximunt, aut medicamenta immiscent, quæ levandæ valetudinis gratia dari solent, & præsertim quæ infirmioribus, ut absinthium, tragoriganum, hyssopum, ac etiam thymum, irim, organum, castoreum, aut si quid tetræ prædicamentis cognatum saporem habere videatur, aut potionibus inserunt, aut vino, aut jure, aut passo, aut mulso, aut musto, succis pollenti, aut concinnantes eduliis ipsi admiscent. Quare qui in suspitione sunt, condita edulia, & hujusmodi supra dicta, vitare debent, omnique intensa saporis qualitate. Sæpenumero etiam quæ sunt venenata, quòd facile dignosces ex locis in quibus latitant serpentes, &

pha-

phalangia frequenter converfantur, aut ibidem venenata herbæ oriuntur, his signis præcognoscere poteris; & venena suspicari antequam assumantur, te assumpsisse dignoscetis, si dispositiones aliquas naturæ limites excedentes in te noveris, & dolorem capitis intensum, nauseam, vomitum, stomachi puncturâ, inappetentiam, vertiginem, & hujusmodi signa excedentia, si horum præsertim causæ non præcesserint. Narrat enim Galenus lib. 7. de Locis affectis, quòd ita discernes eos, qui venenum assumpserunt, ab his, qui aliundè affecti sunt. Nam dicit ipse, si quem suapte natura probis succis abundantem, ac sanorum more educatum, repente esse moriturum videris, deinde corpus, aut diffluens, aut nigricans, aut varium, aut livens, aut pro marcore foedum, molestumque reddit odorem, hunc lethali veneno potionatum esse indicium est. Si autem in animo fuerit discernere ex signis venena,

nena, quæ sunt ex metallis, aut ex her-
 bis, aut ex animantibus, ita dignos-
 ces: metallica enim ardorem, ac redi-
 nem, siccitatem, corrosionem, & do-
 lorem in ventriculo inducunt, alia au-
 tem caliditatem, aut excedens frigus
 inducendo *καρὸς* id est, subet magis
 quam symptomata venenorum in a-
 lium ingeret, quàm aliorum, licet
 non ita citò interficiant, quemadmo-
 dum animalium venenatorum ictus,
 & symptomata. De præcautione ve-
 rò ita agendum est: Præcautio nil a-
 liud est quàm præservatio, teste Ga-
 leno, ne quis in ejusmodi affectus in-
 currat. Quare qui in ea suspicione
 sunt, totis viribus conari debent, an-
 tea quam mensas aut dapes petant, co-
 ram suis ferculis & potibus, res foris
 venenum discernentes, si ad fuerit, in
 mensa teneré; hac enim ratione se
 quis tutum, ac incolumem præserva-
 re velit. Quæ autem venenum præ-
 sens nobis sua proprietate demon-
 strant, hæc potissimum esse dicuntur;
 cornu serpentis ac lapis prassius, sta-

tim præſente veneno nitorem amittunt, ſi autem auferatur venenum nitor redit. De hoc lapide Albertus ille Magnus in 2. de Minerabilibus capite quidem 14. fidem facit; hic idem reperitur in epiftolis Æſculapii philoſophi ad Auguſtum. Alexander quoque Magnus hoc lapide ſub cingulo in prælio utebatur, ob ſpem victoriæ, cumque ab Indis & Perſis victor rediret, & abluere ſe in Euphrate flumine tentaret, deſiſto cingulo caſu quodam ſerpens dentibus lapidem præcidit, & in Euphratem merſit; qua de re ſcribunt Ariſtotelem in libro Reptilium retuliſſe, qui liber nondum ad nos pervenit. Alii quoque ſcribunt buſonis lapidem in anulo perforato, ut carnem tangat, geſtatum, præſente veneno miro quodam modo contactam calefacere. Hoc indicio venenum præſens dignoſcitur, ſed hoc rarenter reperitur, ideò ſibi quiſque alio præcavendi modo conſulat. Lapis etiam draconi-

conitides, qui in capite veteris draconis reperitur, venena omnia, serpentum præcipuè, fugat, ut Albertus ille Magnus testari non deest. Item scribunt Magorum auctoritate adamantem in sinistra parte gestatum, ut carnes tangat, valere contra venena; idem de agathe lapide ex auctoritate Aristotelis dicitur. Hyacinthum, sapphirum, maximè contra toxicum, Constantinus Africanus capite de incantatione & suspensione omnibus prætulit. Itidem smaragdus præstantissimus cujus obtutum oculi fixè ipsum intuentis, eliquantur, si in mensa retineatur, venena debilitat, & suspendit, si in ore contineatur, virus amittunt, Antonio Guainerio auctore. Conciliator multa de serpentarii imaginibus miranda protulit, quæ ipsum potius magicum quàm medicum in ea tractatione præseferunt. Cornu cervi maximè valere ad avertenda venena, libro 4. historiarum narrat Ælianus; Reges quoque

Indorum in asini indici cornibus potare consueuisse, quòd certa experientia didicissent, aduersus plerosque gravissimos morbos, & aduersus venena maximè valere. Hieronymus verò Mercurialis medicus nostra hæc ætate perillustis, libro I. capite 17. ferè omnia animantium cornua aduersus venena aliquam vim habere testatur. Quod forsitan veteres id conjicientes in cornibus potare consueuissent passim in conviviis apud Homerum videre est, & apud Plutarchum in vita Pauli Æmilii, apud Xenophontem lib. 7. expeditionum Cyri, & etiam Ælianus lib. 6. meminit. Clarissimus Auctor Mercurialis contrarium sibi asserere videtur, ubi in totum hanc facultatem Galeni auctoritate à cornibus rejicit. Sed ineunda mihi ratio est, qua virtus cornigerorum animantium innotescat, & nos à veneno tutos reddat. Animantia omnia cornigera, quæ aut insectis, aut venenatis herbis, aut animanti-

mantibus, aliisque venenosis cibis utuntur, propterea quod cum ista venena sint cum parte alimentali, qua præcipuè nutriuntur, venena verò quibus, aut à natura, aut consuetudine assuevere, transmittuntur ad partes excrementales, aut ad ungulas, aut in lapillos concrefcunt, in senio verò in omnibus excrementis nature notis, nobis verò incognitis, & propterea fiunt cornua, ungulæ, & lapilli, quæ vim habent maximam adversus omnia venena, quoniam ob similitudinem ad se trahunt venena, cum sicca & rara sint cornua & ungulæ, & quoniam ob contrarietatem, quam habent cum humano corpore, vino permixta, facillè vomitum parant, proinde in cornibus antiqui Reges potare consueverant. Lapis in oculis cervorum in senecta concrefcit, quoniam toto vitæ suæ spacio olfactu, è calore, è terra serpentes evocantes cervi ipsis vescuntur, & cum siti vexentur ingenti, ad fontes præ-

currunt, in aquisque diutius versentur, lachrymæ ipsorum, quasi oculorum profluvia fiunt, & in lapidem obdurescunt, quæ adversus venenâ & venenatos morbos, ac in peste mirro sunt auxilio. In corde quoque etiam os nascitur, ad eadem efficax. Pariter lapilli in Bubone, & piscibus ferè omnibus nascuntur miræ efficacæ, in gallis, & in avibus præcipuè; in hominibus multis in locis inveniuntur, in renibus, in vesica frequentiores. Ungulæ Asini, & Alcis, & Onagri, & aliorum animantium mirificas adversus morbos vires habent, & cornua omnium Unicornium. Parasippi Arabici maris piscis dente tacti, si ejus cornu maduerit in aqua per septem dies, deinde potent, statim tacti convalescunt, ut Teethetus Gallus testatur, pariter etiam alterius animantis Caubore nominis Unicornum meminit, & in censu reliquorum Unicornium sunt. Sed si quispiam sumptionem veneni suspicatur,

catur, ut ad rem redeam, condita edulia, epulas, quæ uni afferuntur evitet, Dioscoridis consilio, omnique intensa saporum qualitate, dulcium, salforum, aut acrium, abstinere oportet; ne sitibundus affatim bibat, aut esuriens voraciter comedat; ad saporem diligenter attendendum est. Quod si quis modica fruitur valetudine, omninò vitet potiones auxilii gratia dari solitas, quas improbi venefici molientes offerunt. Caveat præterea quilibet in loco ferarum pleno dormire, ubi potissimum salamandra, scorpio, phalangia, aut serpentes abundant, ut Dioscorides dicebat. Alia etiam superest expeditior via, ut suspiciosi aliqua præsumant, antequam ad cibos se accingant, quæ venenorum vim hebetent & irritam reddant. Ejusmodi est medicamentum, quod fit ex ficibus & nucibus, ruta & sale, quod non solum animantium ictus, secundum Rasin, dicta nocere prohibet, verum ad ver-

sus omnia venena ex Mithridatis Re-
 gis experimento summopere valere
 certum est. Si quis ante cibum præ-
 sumperit semen citri saccharo sine
 cortice obvolutum, mirificum est;
 nec desunt salutare herbæ, quibus
 mortalium genus, & contra hæc ma-
 la, & alia innumera juvari possit, ve-
 luti polium, diptannus, aristolochiæ,
 helenium, vincetoxicum, hyperi-
 con, betonica, chamæleones, anchu-
 sa, pentaphyllon, snyrniium, eryn-
 gium, abrotanum, chamæpitys, Si-
 symbrium, fertula campana, echion,
 sive pulmonaria, terra Lemnia, scor-
 dium, bolus Armenus, halicornu
 terre, antidota etiam ex vino sumpta,
 theriaca, mithridatum, quo Mithri-
 dates Rex utebatur quotidie, reli-
 quaque, quæ multa sunt. Jam in com-
 muni curatione in eos, qui venenum
 assumpserunt verba agemus. Quo-
 niam dum comites, ut Dioscorides
 asserit, singulorum notæ expectan-
 tur, inmedicabile venenum reddi-
 tur,


tur, & paulisper neglectum medicamentis ægrè cedit; Ideo non absurdum esse existimavimus, in universali prius (ut peritorum mos est) de venenorum curatione sermonem habere. Nullum igitur magis invalens omnibus auxilium excogitari potest, quàm ut è proximo loco foras virus exhauriatur, priusquam invalescat. Quare si venenum per os assumptum fuerit, illicò ex Galeni opinione ciendus est vomitus. Oleum igitur calidum absque mora ex aqua, aut seorsum, aut vomere quantitatem exhibere oportet; vomitus enim non ob id modò quod evacuet, & noxium humorem excernat, juvamentum affert, sed quòd assumptum virus nonnunquam odore coagulatis globis aut colore prodat. Quòd si oleum ad manus non sit, aqua calida detur cum butyro, aut lini semine, aut malva, aut fænu græco, aut urtica; non solùm enim hæc nauseam, aut vomitum irritabunt, sed alvum quo-

que subducent. Cumque multoties vomitum irritaveris, pete ante ab infirmo, an in ventriculo, vel in abdomine æstuationem, sive corrosionem aliquam percipiat. Quod si contingat, illicò clysterem immittito, ut ventrem solvat, si verò in ventriculo corrosionem persentiat, pharmacum laxativum ei exhibendum. Quòd si æger paulum quieverit, judica eum convaliturum; sin minus, quin imò decidat in deterius, & sæviora eum vexent symptomata, vel rubedo faciei, angustia spiritus, inquietudo magna, sitis vehemens, oris fætor, somnus gravis, venarum tumor, syncope; virtutis dissolutio, tunc judicabis eum omninò interiturum. Communis autem modus curandi, qui à virulento tacti sunt, est ille, quem docet Galen. in 13. Artis curativæ distinct. 2. c. 3. ubi scribit: quando in fera pungente qualitercunque vel mordente dolorem fieri contigerit, duplex erit curationis scopus; vel,

vel venenum evacuare, vel alterando corrigere, quando dolorem excitat, evacuare quidem per ea decet, quæ vehementer attrahunt, pharmaca; alterare vero per contraria vel secundum qualitatem, vel secundum totam substantiam. Demùm inferius subdit: evacuant quidem omnia quæ calefaciunt, & quæ sine calefactione attrahunt vehementer, quæ modo sitie, & quædam cava cornua, quibus, ut cucurbitulis, quidam utuntur; quidam autem per ipsam os venenum trahunt ore & labiis; quidam cauteriis utuntur, actuali aut potenti. Hæc igitur omnia evacuant, & substantiam totam maleficam educunt. Aliud autem genus est auxiliorum alterantium qualitatem, per contrarium, si quidem calorem, laborem sentiat vehementem, aut secundum ipsam, quæ demorsa est, particulam, aut secundum totum corpus, quæ infrigidant pharmaca afferemus; si vero frigiditatem, quæ cale-

faciunt. Hic verus est modus virulentos ictus medendi, quem Galenus à Dioscoride surripuit libr. 8. ubi diffusius de communi curatione in omnes virulentos ictus pertractavit. Virulentorum igitur animalium vulnus, cum, cujus sit, ignotum est, illicò ea pars desuper liganda, locusq; fugendus est. Sugentem verò oportet jejunum non esse, sed cibum sumplisse, & vino os ablucere, postea exiguum olei in ore continere, & venenum exfugere; spongia quoque fovendus, cucurbitulaque vehementer ignita, scarificato vulnere loco percusso, applicetur, venenum intus existens citius exhauritur. Expertum est etiam admodum prodesse, si natura loci neget cujuscunque generis remedia, quòd pars icta in fovea sub humo contenta detineatur per aliquot horas, adeoque undique eam tangat humus, ac insuper, quæ plurimum ejiciatur; superioribus enim annis id Patavii fuisse expertum audivi.

divinus. Non de sunt alia plurima remedia, sed hæc de communibus auxiliis satis sint. Nunc de peculiari viperæ curatione est agendum.



DE CURATIONE

ictus viperæ.

CAP. XXXII.



Erpentum morsus citam exoptulant curationem, quamvis in ea Antiqui plurimum evacu- ant, ut in singula anguium genera singula remedia præciperent, atque aliis alia, sed in omnibus eadem maximè proficiunt. Inprimis igitur super vulnus membrum vinculis constringendum est, non tamen nimium vehementer, ne torpeat, deinde statim venenum extrahendum est; si locus feret, cucurbitula id optimè